℞. *Rad. Liquirit.* ℥ß.
Herb. Euphraſ. Mij.
Sem. Fænic. ʒvj.
Paſſ. minor. ℥ij.

Inc. & cont. miſc. dentur in ch. Ut exinde fiant decoctiones cum Aquâ font. pro potu ordinario.

℞. *Fol. Beton Majoran. ana* Mij.
Summ. Euphraſ. Miv.

Inciſ. miſc. dentur in ch. Ut fiant infuſiones cum Aquâ bulliente, ſaccharo dulcorandæ, & inſtar Thée quotidie ſemel aut bis potandæ.

CAPUT XXI.

De Remediis Oticis.

§. 1.

Oticorum definitio.

OTica Medicamenta, aliàs *Acuſtica* ſive *Auditum roborantia* ſunt, quæ Aurium Affectibus mederi apta ſunt, ſive dein hi Affectus ſuam originem trahant à meatibus obſtructis, ſive à membranis glanduloſis infarctis, ſive à nervis auditoriis malè habentibus, ſive ab aliis denique cauſis. Hinc Remedia talia, nunc *interna* exhibentur, nunc *externa* admoventur. Frequentior autem eſt uſus *externorum acuſticorum*, quoniam interna vix à Cephalicis ac Ophthalmicis generalibus differunt, Spiritus nimirum animales vigorantibus, ac lympham craſſam in Aurium meatibus ſtagnantem reſolventibus.

Otica interna.

§. 2. Ad *interna* tamen Acuſtica, ſpecificè magis referunt Authores ea, quæ *ſale volatili oleoſo* gaudentia Maſſam ſanguineam inſigniter attenuant, acida ſalſa plus minus fixa deſtruunt, ſpirituoſas par-

particulas exaltant, ſerique ac Lymphæ viſciditatem incidunt, ac ad debitam tenuitatem redigunt: Qualia ſunt, v. gr. *Salvia*, *Majorana*, *Ozymum*, *Roſmarinus*, *Thymus*, *Stœchas arabica*, *Betonica*, *Chamædrys*, *Chelidonium majus* ac *minus*, *Semina carminativa* & *Aromata* omnia, quibus & Remedia *ppta*, *Olea* nimirum *deſtillata*, *Salia volatilia oleoſa*, & id genus admiſcere poterimus. Dein etiam *Diaphoretica* tam fixa, quàm volatilia, prout neceſſitas exigit, exhiberi poterunt, inter quæ eminent *Cinnabarina*, Lymphæ viſciditatem quàm optimè corrigentia.

§. 3. *Externa Otica* extus Auribus applicari ſolita, partim Lympham ſtagnantem viſcidam reſolvere ac diſcutere, partim ſpiritus in nervoſis tubulis fortè irritatos demulcere, ſicque dolores qualeſcunque ſedare valent. Materia *externorum* talium, ex iiſdem ferè particulis conſtat, atque *internorum*, ſed diverſam in formam redacta in uſum trahitur, modò enim *Sacculorum*, modò *Cataplaſmatum*, modò *Oleorum*, modò *Spirituum*, modò denique *Fotuum* vel *Suffimentorum* formâ admovetur, prout idioſyncraſia Ægrorum, nunc hanc, nunc illam magis formulam deſiderat, ſive tolerat. *Externa.*

Formulæ Oticorum.

℞. *Radic. Angelic.*
Acor. ana ℥iß.
Herb. Majoran. Meliſſ.
Ozym. ana Mß.
Bacc. Laur. ℥ß.
Junip. ℥j.
Semin. Fœnic. ℈iv.
Inciſa & contuſa tenuiter, inſuantur Sacculis

ex sindone, vel linteo, d. ad ch. applicetur calidè & siccè. Vel

℞. *Furfur. grossiusc.*
Semin. Milii ana Miß.
Aven. Mß.
Salis commun. tost. P. j.
Summit. Ror. marin.
Chamom. ana P. ij.
Semin. Carv.
Aneth. ana ʒj.

Incisa & contusa dentur ad Sacculum, calidè & siccè applicandum. Vel

℞. *Radic. Imperator.*
Petasit. ana ʒj.
Herb. Menth. Serpill.
Absynth.
Ror. marin. ana P. ij.
Semin. Cumin.
Anis. ana ʒij.

Incisa & contusa usurpentur ut suprà. Vel

℞. *Radic. Zedoar.*
Rhod. ana ʒj.
Herb. Meliss. Majoran.
Summit. Aneth.
Flor. Calendul.
Chamom. ana Mj.
Nuc. moschat.
Semin. Cumin. Ozym. ana ℈ij.
Aven. & Milii ana ʒij.

Incisa & contusa dentur ad Sacculum, conspergendum Spiritu Liliorum Convallium.

℞. *Herb. Malv. Meliss.*
Agrimon. Salv. ana Mj.
Flor. Borrag.
Chamom. ana Miß.

Calendul.

Calendul.
Hyperic. ana Mß.
Bacc. Juniper. ʒiß.
Semin. Lin.
Fœn. græc. ana ℥ß.

Incisa & contusa redige in pulverem grossiusculum, in Vino, vel Lacte coquendum, pro Cataplasmate, calidè frequenter applicando.

℞. *Butyr. non salit* ℥ij.
Ol. Chamom.
Amygdal. amar. ana ʒij.
Cepar. sub ciner. coct. N. iiij.
Croc. opt. ℈ij.
Mucilag. Sem. Cydon. Aq.
Fœnicul. fact. q. s.

M. F. Cataplasma discutiens antotalgicum, sæpiùs calidè applicandum. Vel

℞. *Radic. Angelic.* ℥iß.
Herb. Parietar. Herniar.
Chamædr. Beton.
Flor. Melilot. ana Mj.
Chamom. Mß.
Semin. Anis. Lin.
Bacc. Laur. ana ʒij.

Incisa & contusa coque in s. q. Lactis, vel Vini, pro Cataplasmate. Vel

℞. *Herbas Verbenæ, atque Melissæ recenter incisas, & optimè contusas, permisce cum Albumine Ovorum, Croci pulvere, ac Farinâ Fabar. vel secalinâ. Hoc Cataplasma calefac, & subinde Auribus applica.*

℞. *Spiritus Lil. convall. vel*
Matrical. ℥iij.

D. ad Vitr. probè clausum, ut bombace exceptum Auribus immittatur. Vel

℞. *Spi-*

℞. *Spiritus Juniper.* ℥vj. *vel q.ſ.*
Herb. Agrimon. Mj.
Summit. Thym. Serpill.
Hyperic. ana P. j.
Semin. Aniſ. Cumin.
Bacc. Laur. ana ʒj.

Inciſa & contuſa Spiritui immitte, ſtent in digeſtione, poſt in uſum vocentur. Vel

℞. *Radic. Petaſit. Imperat. ana* ℥j.
Galang. ℥ß.
Herb. Menth. Solan.
Serpill. Lavend.
Calaminth.
Ozym. ana Mj.
Cubebar. Cardamom.
Nuc. moſchat.
Cortic. Winteran. ana ʒj.
Semin. Fænicul. ʒij.
Camphor. ʒj.
Lumbricor. terr. contuſ. viv.
Ovor. Formicarum contuſ. ana ℥iß.

Inciſis & contuſis affunde Spir. Vin. q. ſ. ſtent per octiduum in loco calido, poſt filtrentur, aut deſtillentur, & liquor cum bombace Auribus excipiatur, etiam regio circa Aures, Collumq; cum eo calidè bis quotidie lavetur. Vel

℞. *Herb. rec. Salv. Meliſſ.*
Hyſſop. Puleg.
Chamædr. Rutæ,
Anſerin. ana Miß.
Semin. Fænic. Aquileg.
Milii Solis ana ℥ß.
Inciſis & contuſis affunde
Roris majalis Miß.

Vin.

Vin. alb. bon. ℔j.

Stent per xxiv. *horas, postea destillentur, liquorq; destillatus cum bombace Auribus excipiatur calidiuscule sæpius.* Vel

℞. *Succ. Semperv. maj.*
Rosar.
Lactuc. ana ʒij.
Urinæ propr. ℥vj.

M. & subinde Auribus dolentibus etiam inflammatis instilletur.

Prodest & Ros majalis destillatus, vel Ova Formicarum, sive per se, sive cum Rore majali destillata. Commendant & Spiritum Anhaltinum, vel *Spiritum Rorismarini.* Vel

℞. *Aq. Fœnic. &*
Chelid. maj. aliquoties super novas recentes herbas destillat. ℔j.

Instilla Auribus frequenter calidè.

Idem præstat phlegma Urinæ pueri destillatum, ut & *Aqua Salviæ, Majoranæ, vel aliùs cephalicæ plantæ,* super novam herbam rectificata. Laudant & *Aquam florum Persicorum,* cum *Castoreo*, vel *Essentiam Lignorum.*

℞. *Frustum panis recentis adhuc calidi, cum semine Cumini, Anisi,* &c. *coctum, applicetur sic calidè Auribus.* Vel

℞. *Herb. Majoran. Salv.*
Rosmarin. ana Miß.
Flor. Chamom.
Betonic.
Paralys. ana P. ij.
Semin. Fœnic. ʒij.
Bacc. Junip. ʒj.

Incisa & contusa coque in s. q. Vini, & inde vapor Auribus per infundibulum excipiatur, vel sacculis

lis indantur species, illiq; Vino incocti & expressi calidè applicentur. Vel

℞. *Herb. Origan. Meliss.*
Fol. Laur. Asari,
Summit. Absynth.
Aneth. ana Mß.
Radic. Helleb. alb. ℥iß.
Colocynthid.
Semin. Fœnic. ana ℥j.

Incisa & contusa coque in Vino, & vapor Auribus excipiatur. Vel

℞. *Rasur. Lign. Junip.*
Sem. Fœnic.
Cumin. ana ℥j.
Mastich.
Storac. calamit. ana ℈ij.
Succin. flavi
Thur. masc. ana ʒß.

Incisa & contusa tenuiter d. ad ch. pro suffimento, Auribus per infundibulum excipiendo, ac linteis suffumigandis. Vel

Herba Solani, Menthastri, cum Semine Carvi, Mastiche ac Storace in Pulverem redigitur, pro suffimento, quod optimum est.

℞. *Pingued. anserin.* ℥ß.
Ol. Amygdal. amarar. ℥ij.
Castor. ℥j.

M. ad Oll. circa Aures inungatur, & ipsi quoq; cavitati Auris immittatur. Vel

℞. *Ol. Amygdal. amarar.* ℥iiß.
Castor. ℥ß.
Succin destillati gtt. iiij

M. d. ad Vitr. Auribus dolentibus instillandum. Vel

℞. *Fol.*

℞. *Fol. Apii,*
Heder. terrestr. ana P. iij.
Betonic.
Nicotian. ana P. ij.
Rosar. rubr. Mß.
Incisa coque in s. q. Aquæ fontanæ, Colaturæ adde
Mell. rosat. ℥iij.
Syr. de Betonic. ℥ij.
M. ad Vitr. instilletur calidè Auribus, ad Ulcus detergendum & curandum.

§. 4. Prosunt etiam in his Affectibus *Errhina* & *Masticatoria*, Lymphæ motum divertentia, ut & *Vesicatoria*, sive nuchæ, sive ponè aures applicata. Nec *Cucurbitulæ cum Scarificatione* applicatæ contemnendæ. *Pediluvia* quoque ex incoctione cephalicorum aliquid ad visciditatem Lymphæ resolvendam contribuere valent. His adde tandem *Gargarismata* & *Apophlegmatismos* resolventes, atque salivationem quandam procurantes.

CAPUT XXII.

De Remediis Thoracicis.

§. 1.

Thoracica Remedia dicuntur, quæ viribus gaudent excreationem promovendi, & pulmonis Affectibus qualibuscunque medendi, hinc & *Pneumonica*, vel *Pulmonica*, ut & *Becchica* nuncupantur. *Thoracicorum definitio.*

§. 2. Affectus autem, quibus destinantur, partim *lymphatici* sunt, partim *sanguinei*. *Lymphaticos* appello, qui à lymphâ producuntur, eâque *Usu.*

nunc